

rum faciebat finem: quæ M DCC XVIII.
d. XXIII. Octobr. insequabatur.

VII. Quod ad eloquentiam POSNERI nostri attinet, vere dicere possumus, cum optimis quibusuis ætatis nostræ oratoribus comparandum non modo eum esse, sed multis etiam longe præferendum. deprehendimus in verbis electum, in compositione nitorem & singularia artificia. Non autem vanis verborum præstigiis, non fallacibus lenociniis, sed ingenuæ & masculæ, quæ doctrina & prudentia nititur, eloquentiæ operam dat suam. Quam ob causam cunctis purioris latinitatis veræque eloquentiæ studiosis commendamus POSNERI nostri scripta.

VIII. Et hæc profecto est ratio, quare ad commentationem illius de stili latini cultura publicandam paratissimum me exhibui. nam quæ nonnulli in POSNERO admirantur; in præsentis libello ad eadem imitanda
du-